



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 28. Regis ac Cardinalis postulata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

mam deferret, eo autem redeunte con-  
cordia firmaretur.

Sæcul. XV.  
A. C. 1427.

§. XXVIII.

*Regis ac Cardinalis Postulata.*

Præprimis Legatus petiit: Rex det ope-  
ram efficacem, ut Aegidius Munio &  
alii cum eo intrusi (Cardinales) ad gre-  
mum S. R. E. & ad Obedientiam SS. D. N.  
Papæ Martini revertantur: si recusent, Rex  
eos in manibus seu potestate Papæ seu ejus  
Legati reponat. II. Omnia edicta Regis  
contra Papam, ejusque ac Sedis Apostoli-  
cæ Legatos solemniter revocentur. III. Per-  
mittat Sedis Apostolicæ collectores jura Ca-  
meræ Apostolicæ libere ac pacifice recipere.  
IV. Ecclesiam Romanam & omnes alias Ec-  
clesias in terris suis earum privilegiis, aliis-  
que juribus, libere uti, & gaudere permittat.  
V. Omnes & singulos Prælatos, aliasque  
Ecclesiasticas Personas de ejus mandato digni-  
tatis, seu bonis suis spoliatas, in eorum  
plena libertate ac possessione reducat. VI. A  
vexatione Regni Apuliæ omnino desistat, quod  
si forsan jus aliquod in Regno prædicto præ-  
tendat, sanctitas sua parata sit per Personas  
neutri parti suspectas justitiam facere admini-  
strari. Cunctis hisce postulatis assensum  
præstitit Alphonsus, si modo quintum  
excipias, non enim, quos Regno expulsi-  
set, revocare voluit, sextum quoque am-  
biguo

Marian.  
L. 21. c. L. 2.

2.

Sæcul. XV. biguo hoc responso elusit dicens: Regni  
A. C. 1427. Neapolitani cessionem opus esse altioris  
longe indaginis.

Rex vero sequentes proposuit conditiones, I. *Corpus Divi Ludovici Episcopi Tolosani, Massilia ablatum sibi retinere licet.* II. *Omnia jura Cameræ Apostolicæ, vacantia Ecclesiarum & tam de præterito quam usque ad diem finiendæ concordiæ remittantur, & condonentur.* III. *Remittantur census debiti usque ad dictam diem pro insulis Siciliæ, & Sardiniae, & Corsicæ, ac deinceps ad vitam ipsius Regis, nisi, quod singulis quinquenniis teneretur dare Pontifici unum pallium panni aurei pro recognitione dictorum feudorum.* IV. *Solvantur centum quinquaginta millia florenorum in compensationem expensarum & laborum pro Ecclesia toleratorum.* V. *Transferatur ordo B. Mariæ de Montesia ex regno Valentia in insulam Siciliæ, ubi Rex alios redditus ei assignaret, vel concederet castrum Paniscolæ, quod per Benedictum Lunensem fuerat Ecclesiæ Romanæ contributum.* VI. *Provisio Ecclesiarum & Abbatiarum vacantium usque ad diem finiendæ concordiæ, facienda sit ad voluntatem Regis.* VII. *Promotio ad Cardinalatum duarum Personarum ex sex per Regem nominandis fiat.* VIII. *Denique concedatur remissio omnium injuriarum, damnum & expensarum Papæ & Sedi Apostolicæ illatarum, unacum absolutione a quacunque*

que censura, proin a Regestis Pontificiis sæcul. XV.  
omnes sententiæ in Regem tanquam ex A. C. 1428.  
falsis suggestionibus per subreptionem la-  
tæ aboleantur.

§. XXIX.

*Postulata Regis a Legato Romam  
perlata,*

Super his omnibus articulis die vigesima  
quinta Octobris in eadem urbe Valen-  
tina confectæ sunt publicæ literæ, quibus  
acceptis Legatus continuo ad Papam re-  
versus est, paratis hunc in finem a Rege  
duabus triremibus.

§. XXX.

*Legatus Romam adveniens.*

Nihilominus Cardinalis Legatus nonnisi Að. Legat.  
octava Januarii Anno Domini mille- Card. Fux.  
simo quadringentesimo vigesimo apud Ezov.  
Romam pervenit, postquam horrenda an. 1428.  
tempesta repetitam Præfuli intentasset  
mortem, ac quondam ipso Antipapa Pa-  
niscolæ e fenestra quadam prospiciente  
adeo jactatus fuisset, ut nihil proprius es-  
set, quam ut fluctibus maris absorbere-  
tur. Cum autem amplissimam quoque  
Romanorum urbem tum temporis pesti-  
lentia devastaret, hinc absente Sacro Car-  
dinalium collegio raræ admodum Con-  
grega-